Fragmentarium



Quomodo autem? Quia aut finita sunt pronomina aut infinita Que
sunt finita que recipiunt personas ut ego tu ille Que sunt
infinita que non recipiunt personas ut quis que quod
Genera pronominum quot sunt eadem fere que et nominum masculinum
ut quis femininum ut que neutrum ut quod commune ut qualis
talis trium generum quod omne dicitur ut ego tu sui Numeri pronominum
quot sunt duo qui singularis ut hic pluralis ut hi Figure
pronominum quot sunt due que simplex ut quis composita ut
quisquis Persone pronominum quot sunt tres que prima ut ego
secunda ut tu tercia ut ille Casus item pronominum quot sunt Sex
quemadmodum et nominum per quos enim casus omnium generum
nomina pronomina participia declinantur hoc modo
Ego pronomen finitum generis omnis numeri singularis figure sim-
plicis casus nominativi quod declinabitur sic Ego mei vel mis michi
me a me ~~pluraliter~~ nos nostrum vel nostri nobis nos a nobis
Persone secunde generis omnis Tu tui vel tis tibi te o tu a te pluraliter
vos vestrum vel vestri vobis vos o vos a vobis Persone
tercie generis omnis numeri utriusque singulari numero et plurali numero quod declinabitur sic
sui sibi se a se pluraliter sui sibi se a se Persone tercie generis masculini
ille illius illi illum ab illo pluraliter illi illorum illis illos ab illis
Generis feminini illa illius illi illam ab illa pluraliter ille illarum illis
illas ab illis Generis neutri illud illius illi illud ab illo pluraliter
illa illorum illis illa ab illis Generis masculini ipse ipsius ipsi ipsum ab
ipso pluraliter ipsi ipsorum ipsis ipsos ab ipsis Generis feminini ipsa ipsius
ipsi ipsam ab ipsa pluraliter ipse ipsarum ipsis ipsas ab ipsis Generis
neutri ipsum ipsius ipsi ipsum ab ipso pluraliter ipsa ipsorum ipsis ipsa
ab ipsis Generis masculini iste istius isti istum ab isto pluraliter isti istorum
istis istos ab istis Generis feminini ista istius isti istam ab ista
pluraliter iste istarum istis istas ab istis Generis neutri istud istius

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 9, 1r – Donatus, Ars minor
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ybhx/107/2155)